

A N T O N I I
F V M E I
P A R I S I E N S I S I V R E
C O N S V L T I T R A
C T A T V S
T R E S.

De eo quod interest.
De Substitutionibus.
De Coniunctionibus.



Apud Joannem Girardum.
M. D. X L V I.

AD ILLVSTRIS SIMVM VIRVM ANTONIVM

Burgerium Cancellarium
FRANCIAE.

P R A E F A T I O.



P V D Xenophontem de Hercule scriptum extat, Cūm primū pubesceret (quia tempus hoc à natura ad diligendū, quam quisq; viuēdi viam ingressurus sit, datum existimaret) exisse illum in solitudinem, atq; ibi sedētem diu secum multumq; dubitasse, cūm duas cerneret vias , vnā voluptatis , virtutis alteram, vtrā ingredi melius esset. Mihi vero longe aliter contigit : tātiq; viri consilium (nescio an recte) non probauit. Imbecilla est enim (vt & ego sensi) parumq; sibi constans illa ætas : quæ si tamen bonis artibus erit imbuta, à solitudine & otio protinus ad multitudinem & negotia optime transferetur , vt in frequētia, & multitudine illum sibi deligat homo suæ artis periūtiorem, quem imitetur, cuiq; stet & inhæreat pede fixus, & in negotijs ita versetur , vt suarū artium & disciplinarum yberes fructus tandem proferat, agendo, consulendo, dicendo, imitando omnibus prospicit : nec patiatur sua studia frustra, & in occulto esse: pdeatq; in solem (quod aiunt) & puluerem cum suis commilitonibus dimicaturus. Quid enim in ingrediēda vita melius adolescenti contingere poterit, quam illum

A ij

ANTONII F V-

M E I P A R I S I E N S I S I V.

R E C O N S V L T I T R A.

C T A T V S.

D E E O Q V O D I N T E R E S T.



VI de eo, quod interest, pro iure
civili scripsérūt, mihi videntur
optimo iure Dædali nominandi:
struxerunt enim multis ambagi-
bus inextricabiles vias, vel potius
peruia quæq; suis in cœlum im-
mensis cōmentarijs, & satis mea-
biles locos occuparunt. De his ita
semper præter quorūdam opinionem censui, qui pu-
tabant hunc punctum sic hactenus tractatum fuisse,
vt dum ego illum sub incudem reuoco, videar apud
illos Penelopes(quod aiunt) telam retexere. Nos,
vt poterimus, recta transcendemus, tutiq; itineris ve-
stigia sequentibus parabimus, nihil nisi priscos iure
consultos repetentes, à quibus iam penè desciuimus.
Oportet autem in primis (quia omnis nostra dispu-
tatio est de eo, quod interest antè definire quid sit id
quod interest. Omnis enim quæ à ratione suscipitur
de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci,
vt intelligatur quid sit id, de quo disputatur.

Antequām perueniamus ad definitionē eius quod
interest, præmittam aliquid de titulo huius negotij.

B

DE EO QVOD INTEREST. 49

qui propter seruum est obligatus ad decem, habet enim ex permissione legis, ut seruum possit dedere pro noxa, nec tamen recte vtruncq; petet actor. text. in. l. miles. §. decem. ff. de re iud. Vtruncq; igitur recte petet qui facti creditor est, fieri scilicet, vel eius loco id quod interest, cum vtruncq; sit in obligatione, ut in dicta. l. si pœnam. Hæc sunt quæ satis habui præter ceteros explicare.

ANTONII

FVMEI PARISIENSIS

Iureconsulti tractatus.

DE SUBSTITUTIONIBVS.

OE substitutionibus plurima discussurus, pri
mū quid sit substitutione interpellabo. Sub-
stitutionem omnes ita definierūt, vt sit quæ
libet secunda vel posterior institutio. Accur-
sius ita in. l. 1. de vulg. & pup. substit. quam Barto. &
Iason illic defendunt, & maxime Iason ad prime in
ea incumbit, cauerq; illi satis à. l. quærebatur. §. fin. ff.
de testamento milit. Neque probari illa lege secun-
dam illic institutionem non esse substitutionem, re-
cte contendit aduersus Accursium, tandemq; firmat
per. l. miles ita hæredem. in prin. ff. de mili. testamen-
to. Hæc Iason satis superq; in rubrica. ff. de vulg.
Igo tamen non probbo hanc communem substitu-
tionis definitionem. Oportet enim vt constet definitio
quod possit conueniri cum suo definitio, text.

G

“ANTONII F V,
MEI PARISIENSIS I VRECON-
SVLTI TRACTATVS.
DE CONIVNCTIONIBVS.



ONI VNCTORVM
quidam sunt ab homine , quidā
à lege. Coniuncti ab homine tri-
bus modis dicuntur, re tantum,
verbis tantum, re & verbis si-
mul. Cauendum tamē est à qui-
busdam locis, in quib⁹ quos re
tantū cōlunctos dicimus, disun-
ctos vocat, verbis scilicet, vt in. l. vnica. s. hoc ita tam
varie. C. de cadu. toll. & qui verbis tātum consuncti
sunt, aliquando disuncti re scilicet vocantur. Hæc ta-
men diuersitas terminorum eodem semper reuolui-
tur, & nihil implicat. Expediamus primum coniun-
ctionem illam quæ fit ab homine, deinde de alia quæ
à lege fit, dicemus suo ordine . Tres sunt itaq; huius
coniunctionis species: Realis tantum , Verbalis tñ,
& ex illis mixta, verbalis q̄ppe & realis simul: de qui
bus omnibus tractatur in. l. triplici. ff. de verb. signi.
& in. l. re coniuncti. ff. de leg. 3.

Re tantum coniuncti, inquit Paulus in dicta. l. re
coniuncti, dicuntur illi, quibus eadem res in eodem
testamento separatim legatur. Oportet igitur pri-
mū, quod eadem res legetur ita, vt legatarij non
inīsi concursu faciant partes. text. in. l. inde Neratius.

L